i *Niſi in ea perſeueret.* Hic nota, quod ſi confeſſus perſeuerat in confeſſione, & condemnatur, & liqueat de innocentia confeſſi ſubuenitur, per pract. Carrer. pagina mihi 20. num. 29.

opi. Dyn. in l. 2. ff. de cuſtod. reor. quem refert Guido Papæ deciſ. 539. quidam inculpatus, Gand. in loco præallegæt. Iacob. de Beluiſ. in practica crim. in rubr. de quæſt. num. 97. Bald. in tract. de quæſt. fol. 256. numero ſecundo: ital. de malefic. in titul. quæ indicia, &c. num. 3.

Imola in d. conſ. 109. num. 1. quem refert Carrer. in pract. crimin. fol. 18. num. 44. Marſil. in pract. crim. §. quoniã, num. 18. dicit Bart. in l. 1 ff. de cuſtod. reor. in vltimis verbis, quod ita ſeruat conſuetudo, quem refert Bald. in l. ſi quis in ea, numero 2. C. de cuſtod. reor. Si vere confeſſio facta ſit in tormentis, vel extorta metu tormentorum, tũc non poteſt reus condemnari, niſi in ea perſeueret, illumque ratificet, iuxta ea, quæ dixi ſupra quæſt. 64. verſic. ceterum ſi reus.

QVÆST. LXVI.

Reum de crimine conuictum, etiamſi illud non fateatur, condemnari debere.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Reus de crimine conuictus debet condemnari,*
Et quid ſi non conſtet de delicto ibid.
2 *Iudex debet iudicare ſecundum acta, & probata.*
3 *Probationes in criminalibus eſſe debent luce meridiana clariores.*
4 *Si probatum ſit delictum, non autem qualitas delicti in proceſſu deducta, an reus ſit abſoluendus.*
5 *Contra Cardinales maior numerus teſtium, quam cõtra alios requiritur.*
6 *Et quid in ſummo Pontifice.*

Ex Additionibus.

1 *Conuinci ex quibus quis poſſit.*
2 *Conuictus an ſit torquendus.*
Conuictus de crimine non punitur in Regno Franciæ, niſi ſit etiam confeſſus, vbi agitur de vltimo ſupplicio, aut memori mutilatione, nu. eod.
3 *Teſtes duo conuincunt, ſi ſunt omni exceptione maiores.*
4 *Et quando dicuntur tales.*
5 *Conuictus quis dicatur.*
6 *Confeſſus an dicatur propriè conuictus, ſi ſtatutum de conuicto loquatur.*
7 *Famulus aufugiens an cenſeatur conuictus de furto.*
8 *Iudex debet eſſe promptus ad puniendum, vbi conſtat de maleficio.*
9 *Sententia ex nouis probationibus non conualeſcit.*
10 *Iudex an debeat iudicare ex conſcientia, vel ex actis, remiſſiue.*
Iudex, cui pars in ſecreto veritatem cauſæ confeſſa fuit, cõtra illam confeſſionem iudicare non debet, nu. eod.
Iudex videns aliquem portantem arma, poteſt illũ punire, etiam quod non conſtet ex actis, nu. eod.
11 *Iudicis verbis non creditur, niſi ex proceſſu appareat.*
*11 *Iudex an poſſit cauſam criminalem delegare.*
12 *Lim. ad l. ſciant, C. de probat.*
13 *Innocentia poteſt probari per præſumptiones.*
14 *Innocentiæ argumenta, remiſſiuè.*
15 *Probationes liquidæ requirantur in materia pacis fractæ, & treguæ.*
16 *Item contra iudicem.*
17 *Et quales in cauſis vſurarum, & falſi.*
18 *Probatio plena, ſufficiens, liquida, liquidiſſima, euidens, patens, perſpicua quando dicatur, remiſſiue.*
19 *Iuramentum an dicatur probatio, remiſſ.*
20 *Probatio plena inſurgit ex pluribus indicijs contra ſolitum delinquere.*
21 *Teſtes deponentes vidiſſe Titium, & Seium, rixantes, & quid non viderunt aliquem ipſorum vulneraſſe, ſed quod ſedata rixa, vnus ex eis erat vulneratus, probant contra alium.*
22 *Dici falſa demonſtratio, & menſis, an vitiet inquiſitionem.*
23 *Teſtes duo plenè probant, non tamen quæſtionati.*
24 *Homicidium probatur, licet teſtes de diuerſa armorum genere deponant.*
25 *Delictum an dicatur plenè probatum, non probatis qualitatibus in accuſatione deductis.*
26 *Qualitas non propoſita a principio, poteſt addi pendente iudicio ad aggrauandum pœnam.*
27 *Limit. niſi adderetur poſt tempus per ſtatutum præſcriptum accuſationi.*
28 *Et quid ſi qualitas prædicta reperiatur probata, non tamen a principio deducta.*
29 *Sententia in criminalibus non requiritur conformis libello.*
30 *Papa an conuincatur per duos teſtes.*

ADDITIONES
Ad Quæſt. LXVI.

a H*Aec omnia ceſſant.*) Dicitur conuictus tribus modis, Farinacius volumine quarto, ſuæ praxis quæſtione 54. in principio. *Roſſ.*

Hæc omnia ceſſant.)
1 Adde, quòd quis † conuincitur ex quinque ſpeciebus probationum, ſcilicet teſtibus, propria confeſſione, inſtrumentis, rei euidentia, & violenta præſumptione, ut not. extra de reſtitutione ſpoliat. capitulo cum ad ſedes, §. nos igitur, unde captus in flagranti crimine, ex eo ſolo dicitur eſſe conuictus, lege prima, §. primo, de raptu virginum, & Paris de ſyndicatu, in uerbo probatio, quia dicitur, quod iudex in fine, & ubi reus eſt conuictus non requiritur confeſſio rei, & è contra, ubi eſt confeſſus non requiritur, quòd ſit conuictus ita dicit Gulielmus Benedict. in capitulo Raynutius, in uerbo mortuo itaque teſtatore, numero centeſimo quadrageſimono no, quem refert, & ſequitur Caſſan. in conſuetud. Burgund. fol. 190. numero quadrageſimo, de teſtament. ubi dicit, quòd
2 malè faceret † iudex ſi cõuictum poneret ad torturam, ut ore proprio ore delictum cõfiteretur. Sed in Regno Franciæ, de ſtylo, & generali conſuetudine contrarium ſeruatur, quia non ſufficit, quod delatus fuerit teſtibus conuictus quantumcunque clara probatione, niſi ore proprio ſit crimen confeſſus, vbi agitur de ultimo ſupplicio, aut membri mutilatione, ſi factum aliter notorium nõ eſſet, quòd aliqua tergiuerſatione celari non poſſet, & ſi reus non uult cõfiteri, debet poni ad quæſtionem pro habenda confeſſione, ita atteſtatur Guliel. de Bene. in c. Raynutius, in uerb. mortuo. 1. n. 349. de teſt. & Mãſuer. in pract. tit. de prob. §. idẽ, ut delatus, &

QVÆSTIO LXXVI.

1 a H*Aec omnia ceſſans, vbi reus eſt de ipſo crimine le-*

& Anton. Colomb. in tractatu de controuerſ. crimin. articulo 207. & 208.

3 Item adde, † quòd ad conuincendum delinquentem requiruntur duo teſtes omni exceptione maiores, alias non probant ad condemnandum Bald. in l. fin. col. 1. & ibi etiam Salycet. C. de probation. & Carer. in pract. crimin. in l. obſeruare, numero 165. & ibi dicit, † quod teſtes in dubio
4 præſumuntur omni exceptione maiores, ſi nihil cõtra eos fuit oppoſitum, & conuictus dicitur, qui
5 † non poteſt negare crimen, l. qui ſententiam, C. de pœn. & qui commiſſa nulla poteſt tergiuerſatione celare, capit. cum olim de verborum ſignificat. in fin. 2. quæſt. 1. capitul. de manifeſta, & ita tradit Iſern. in conſtitut. Iuſtitiarij non per calendas, in libro conſtitut. folio mihi 75. & quando Reus per duos teſtes dicatur conuictus, latè per Gomeſ. de delictis, capitulo duodecimo, numero nono cum ſequentibus.

6 Item adde, quod confeſſus non dicitur propriè & verè de crimine conuictus, per textum in capit. at ſi clerici de iud. in princip. iuncto capitulo primo, & §. fin. 2. queſtion. 5. & Abb. in dicto capit. At ſi Clerici, tenet, quòd in materia ſtatuti pœnalis, in quo fieret mentio de conuictis, non comprehẽderetur ille, qui fuiſſet cõtra ſeipſum confeſſus, nã talis non diceretur verè, & propriè conuictus; & ideò non deberet comprehendi ſub ſtatuto maximè odioſo, in quo de conuicto mentio ſimpliciter fieret, & Abb. ſequitur Bero. in conſilio 187. numero 11. cum ſequ. vol. 3. & hoc eſt notatu dignum, ſi eſt verum; ſed mihi videdetur, quod ſit nimium ſubtile, & contra mentem, & rationẽ ſtatuti; nam ſi vult conuictum puniri: multo magis confeſſũ, cum nulla ſit maior probatio, quam proprij oris confeſſio.

b Conuictus.] Et an, & quando conuictus probationibus negans in tormentis condemnari poſſit, vide per Hippol. Rimin. conſ. 175. *Giach.*

Legitime conuictus.] Adde in materia conuicti melius quã hic declaratum per Blancum in repet. l. fin. numero nonageſimoquarto, ff. de quæſtionibus, & de conuicto infra quæſtione nonageſimaquarta, in principio, vbi ſatis rectè, & diſtinctè loquitur: debet autem ſemper in primis, & ante omnia conſtare de delicto ad hoc, vt quis dici poſſit conuictus, maximè vbi agitur de furto, cuius non ſolent remanere veſtigia, ſup. quæſtione quarta, verſiculo primo, & verſiculo ſcias tamen, Blancus vbi ſupra, numero 125. differt autem in materia conuicti, cum ſtatutum punit crimen, an verò deprehenſum, quia cum punit crimen, tunc cõuictus dicitur comprehenſus, ſeu deprehenſus in crimine; cum autem punit deprehenſum, oportet

gitime b conuictus; nam eo caſu non eſt vlterius quærendum, ſed debet iudex illum condemnare; & ita practicatur, vt dicit Boſſ. in titulo de conuictis, num. 3. Intellige, modo conſtet de ipſo delicto, de quo reus cõuincitur: alias enim nullo modo eſſet cõdemnandus. Et ideo, etiam ſi multi teſtes deponerent, etiam de vſu, contra aliquem de homicidio per eum cõmiſſo, niſi tamen conſtaret de ipſo cadauere, non poſſet puniri: quod tamen intellige iuxta ea, quæ dixi ſupra quæſt. 4. & quæſt. 55. verſic. Poteſt etiam. Bene verum eſt, quod quando delictũ eſt talis qualitatis, quod ſecundũ id, quod communiter contingit, reputatur difficialis probationis, tunc ſufficiunt minores probationes. e Et poteſt poni exemplum in furto: nam ſi dominus conqueratur de furto, appareat famulum aufugiſſe, ſatis dicetur conſtare de furto, ſecundum theoricas Doctorum, vt dicit Rimin. conſ. 2. nu. 3. Idemq; ſi oſtendatur aliquod ſignum, ſeu veſtigium alicuius circunſtantiæ, ex qua veriſimiliter poſſit præſumi furtum commiſſum fuiſſe, pura, ſi reperiatur fractura: aliqua in oſtio, vel pariete, vel arca, hæc etiam eſt vna ex coniecturis, quam adducunt Doctores ad probandum furtum, vt dicit Rim. in loco præallegato.

2 *Scias g autem, quod hæc diſcuſſio, quæ fieri debet a iudice ſuper condemnatione rei, debet fieri non ſecundum ipſius credulitatẽ aut opinionem, ſed ſecundum probationes factas in proceſſu. Nam iudex tenetur iudicare ſecundum acta, et probata, etiamſi ſcias veritatẽ eſſe in contrarium, & eſt communis opi. ut atteſtantur multi, quos refert Didac. lib. 1. reſolut. c. 1. poſt num. 6. & ego retuli infra lib. prox. Et ideo licet iudex proprijs oculis viderit delictum committi, nõ poteſt reum cõdemnare, niſi aliter id probatum fuerit, vt dixi ſupra q. 8. verſ. ſed pone. Sic etiam, ſi iudex credit ſe cum bona conſcientia poſſe condemnare reum ex probationibus ſibi factis uti iudici, licet ipſe tanquam priuatus ſcias eum non eſſe culpabilẽ, poteſt nihilominus eum condemnare, nec peccat; & hæc eſt communis opi. vt atteſtatur Imola in clem. paſtoralis, §. quia vero, nu. 49. de offic. deleg. & in cap. 1. poſt num. 13. verſic. ſi autem timeret. de offic. ord. Menchiaca controuerſ. illuſt. c. 13. nu. 1. & c. 14. poſt nu. 5. col. 2. in fin. Bene verum eſt, quod poteſt iudex hoc caſu inſtare apud Principem vel ſuperiorem, vt ipſe exoneretur ab huiuſ-*

non ſolum quem eſſe conuictum per teſtes, ſed in facto, Bart. in l. quiſquis, num. 1. C. de pet. bonorum ſublatis, libro 10. fol. mihi 11. *Drogb.*

c *Quod tamen intellige.*] Vulpell. reſponſ. 147. num. 70. & latè in furto, Maſcard. concl. 529. *Roſ.*

d *Difficilis probationis.*] Adde, quæ ſint difficilis probationis, per Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. caſu 116. vbi enumerat 19. caſus, & num. 72. admonet lectorem, quoniam aliquando aliqui caſus reperiuntur, qui tametſi difficilis ſint probationis, requirunt nihilominus plenam, & exactam probationem; & tradit exemplum, cum probandum eſt iudicem pecunia corruptum fuiſſe, vel per ſordes iudicaſſe, vt ibi per eum. *Giach.*

e *Et poteſt poni exemplum.*] Adde videndum,
7 de † famulo aufugiente, Natt. in conſilio 407. vbi latiſſimè.
8 Item adde, † quod vbi conſtat de maleficio, iudices debẽt eſſe proni ad puniendum, nec debent multum ponderare iuris ſolẽnitates, quia fauor publicæ diſciplinæ ſuadet vt in lætitia puniantur, Bald. in l. ita vulneratus. 1. lect. ff. ad legem Aquil. refert, & ſequitur Grammat. verſ. numero 16. conſilio 49. num. 16. Bertaz. conſ. 34. num. 3. vol. 2.

Itẽ adde, quod ſi reus debet eſſe conuictus, vel confeſſus, antequam condemnetur, quia non ſufficeret, quod poſt ſententiam conſtaret de delicto,
9 † cum ſententia ex nouis probationibus reconualeſcat; latè per Boer. in deciſ. 259. *Batard.*

f *Fractura aliqua.*] Adde ſupra quæſtione 4. verſ. fin. vbi dixi quæſtione 64. verſ. debet autem, vide Alexandrum conſ. 24. ſub num. ſexto, volum. 2. & conſ. 53. eodem volumine, & hic not. quia dum dicit: Cum ſimus in his, quæ putantur difficilis probationis, tunc ſufficiunt minores probationes, addi poſſunt deducta per Crauet. conſ. 178. ſub num. 2. confer ad ea. quæ dixi ſupra q. 21. verſ. fuga. *Drogb.*

10 g *Scias autem.*] Adde † videndum Maſcardum de probation. concl. 948. vbi latè, an iudex iudicare debeat ſecundum conſcientiam, an ſecundum allegata, & probata. Et Felyn. in capit. paſtoralis, §. quia verò in fine de offic. delegat. ubi ponit ſeptem fallentias, aliam addit Curt. iun. in l. antepenult. C. qui admitti, ſcilicet, quòd ſi pars fatetur iudici in ſecreto ueritatem cauſæ nunquam debet iudicare contra illam confeſſionem, quia ad ſubleuamen bonorum, & non ad tutamen malorum inuenta eſt tela iudiciaria, & eum ſequitur ſylua nupt. in uerbo quomodo iudicandum in dubio, numero 121. vbi ponit aliam limitationem, quando iudex uidit aliquem portantẽ arma, quia tunc poteſt iudicare de his, quæ vidit, licet nõ conſtet ex

modi indicio, & cauſa alteri delegetur, vt ipſemet [h] cauſam ipſam alteri delegaret, & eſt communis opi. vt dicit Imola in d. §. quia verò, nu. 49. in fin. Non tamen potius debet abſtinere a munere iudicãdi, quid quid dicit Abb. & Imola in d. cap. 1. contra quos eſt communis opi. vt dicit Carauita ſuper ritu 285. magnæ curiæ circa fin.

3 *Debent [i] autem eſſe in criminalibus probationes luce meridiana clariores, l. ſciant cuncti, C. de probat. [K] Et hoc omnes ſciũt, et dicunt, vt ait Boſſ. in tit. de conuictis nu. 9. Hinc eſt, quod in criminalib. teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, & ita volunt Doctores, vt dicit Boſſ. in loco præallegato, nu. 25. Vide quæ dixi ſupra, q. 21. verſic. Vnus teſtis, q. 22. verſ. vnũ tamen.*

4 *Sed quid ſi pro parte probatum ſit delictum, & pro parte non, puta, quia aliquis eſſet imputatus de percuſſione cum ſanguine, & probata ſit percuſſio, ſed non qualitas adiecta, ſcilicet cum ſanguine, vel quod eſſet imputatus de vulnere illato cum cicatrice perpetuò permanſura, & probatum ſit vulnus, ſed non qualitas adiecta, ſcilicet cum cicatrice, & ſimilia, nunquid erit reus in totum abſoluendus, vel condemnandus ſolum in ea pœna, quæ imponitur pro vulnere, vel percuſſione, omiſſa ea, quæ eſſet imponenda pro illa qualitate ex forma ſtatutorum, quæ communiter uigent in ciuitatibus Italiæ? Reſp. Si qualitas adiecta non facit cenſeri aliud factum, nec variat effectũ accuſationis propoſitę, tunc etiam non probata illa qualitate poteſt ex eo proceſſu ſequi condemnatio. Sed quando propter illã qualitatem variatur effectus condemnationis, tunc pendente iudicio debet fieri detractio dictæ qualitatis, ad hoc vt poſſit ſequi alia condemnatio: alias ſi etiam qualitas ipſa non fuerit probata, reus eſt totaliter abſoluendus. Et hæc eſt theorica Bartol. in l. denunciaſſe, §. quod tamen nu. 2. ff. de adulter. quem tenent communiter Doctor. vt ait Corn. conſil. 33. in littera O. lib. 4. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Roman. conſ. 110. circa principium, & conſ. 167. nu. 8. quem refert Corn. conſ. 107. in littera C, lib. 2. Marſil. in pract. crim. §. quoniam, nu. 50. vſque ad nu. 57. Soc. iun. conſil. 39. num. 2. lib. 2. Menchiaca controuerſ. vſu frequentium, c. 36. nu. 12.*

Scias tamen, quòd quidquid ſit de iure, contrarium ſeruatur de conſuetudine, vt

ex actis, & ad hoc allegat Ang. conſ. 343. in cauſ. col. fin. Et ad illud, quòd dicit Felin. ubi ſupra in ſecunda limitatione, quòd ſupremi iudices poſſunt iudicare ſecundum conſcientiam, vide etiam Guid. Pap. in deciſ. 29. Roland. conſil. 70. numer. 22. volum. 1. & Menoch. de arbitr. iud. caſu 68. nu. 10.

11 Item † adde, quòd verbis iudicis nõ creditur, niſi ex proceſſu appareat. Rol. conſ. 94. n. 23. vol. 1. & latè Maſcard. de prob. concl. 949. quando iudicis aſſertioni ſit ſtandum. Baiar.

h *Cauſam ipſam alteri delegare.*] An autem iudex cauſam criminalem
*11 † poſſit alteri delegare, dixit, quod non, ſup. quæſtione 41. in princip. Benè verum eſt, quòd cauſa infirmitatis eſt ſufficiens, vt ſubdelegari poſſit, Alex. conſilio 206. num. 11. volum. 6. *Drogh.*

i *Debent autem.*] Ad-
12 de, † quod hoc procedit, vbi agitur de pœna pecuniaria, & ita illam l. fin. de probat. limitant Ludouic. Bologn. in conſil. 49. in addit. ad conſ. Ioann. de Aman. quem refert, & ſequitur Alciat. reg. 2. præſumpt. 9. nu. 4. & Cephal. in conſil. 141. nu. 18. cum ſeq. vol. 1.

Item adde, quòd iſta regula, quod in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores, procedit in condemnando, ut per Angel. verbo de anno præſenti verſic. quid ſi accuſator: ſed in abſoluendo probatio rei dubia releuat, per doctrinam Bart. in l. non ſolum, §. ſed vt probari, ff. de oper. nou. nunc. & Auguſt. ad Angel. dicto loco & tenet Bartolus in l. 1. §. de illo, verſiculo quæro, an hæres, ff. de bon. corũ,
13 qui ſibi mor. quòd † innocentia poſſit probari per præſumptiones, quem refert, & ſequitur Bartholom. Cæpol. in conſilio 1. ſub numero nono, Burſattus in conſ. 216. numero 50. volum. 2. Corneus conſ. 198. in fine, volumine ſecundo, & Crauetta in conſilio vndecimo, nu
14 mero decimo, & † multas innocentiæ præſumptiones accumulauit Burſattus in dicto conſilio 216. numer. 129. & ſic iſta regula debet intelligi de probationibus fiſci, vel accuſatoris, uõ autem rei, Felynus in capitulo ſignificaſti, el ſecondo, numer. 13. de probat. & Crauett. conſ. 2. num. 16. & in hac materia vi-
15 de Bertaz. conſ. 18. numero 14. vbi dicit, † quòd in materia pacis, & treguæ ruptæ debent eſſe liquidæ, & in conſil. 71. nu-
16 mero 11. dicit, quòd contra † iudicem debent eſſe legitimæ, & clariſſimæ, & in conſilio 170. ponit, quomodo debeant eſ-
17 ſe † in criminali cauſa vſurarum. & in conſ. 38. numero no-
18 no, quomodo in crimine, & quæ † ſit probatio legitima, ſeu plena: quæ ſufficiens, quæ liquida, quæ liquidiſſima, quæ euidens, ſeu patens, quæ perſpicua, & an iuramentum dicatur pro
19 batio † & quomodo huiuſmodi probationes ſint accipiendæ in materia ſtatutorum, vide Caſſau. ſuper conſuetud. Burgun. folio 309. numero 1. cum ſequent.

20 Item adde, † quod contra ſolitum delinquere ex pluribus indicijs, & præſumptionibus ſimul iunctis, etiam diuerſæ ſpeciei, fit plena probatio, ſecundum Ludouicum de Alfer. in cõſilio 143. numero duodecimo, & decimotertio, tomo primo, inter conſilia crim. diuerſorum, quem ſequitur Riminaldus iunior conſ. 84. numero vigeſimoprimo, tomo 2. inter conſ. crim. diuerſ.

21 Item adde, † Teſtes dicant vidiſſe Titium, & Seium rixantes, & quod non viderunt aliquem ipſorum inferẽtem vulnus alteri, ſed quòd ſedata rixa viderunt vnum ex eis vulneratum, quòd ex hoc reſultat indicium indubitatũ, ex quo deueniri poterit ad cõdemnationem, Marſil. in l. repeti, numero vigeſimonono, ff. de quæſt. & in rubric. C. de probat. num. 334. & in ſingul. 298. dixit ibi.

22 Item adde, quòd falſa demonſtratio diei non vitiat probationem criminis in cauſa inquiſitionis, ſecus ſi falſus eſſet menſis, quia tunc deficit tempus, quod eſt de forma iudicij, ita tradit Baldus in lege prius, numero quadrageſimoſexto, Cod. de his, qui accuſ. non poſſ.

Item adde, quod licet dicta duorum teſtium cõtra inculpatum plenè probent, l. vbi numerus, ff. de teſti. tamen dictis duorũ
23 † quæſtionatorum, ſine alijs adminiculis non ſtatur, vt plenam faciant fidem, Boer. in deciſ. 319. ſub num. 4.

24 Item † adde, ſi vnus teſtis dicat, Titium vidiſſe Caium cũ enſe, & alius teſtis dicat cum Roncha, quod probant plenè, neque ad hoc dicuntur ſingulares, & varij, Bero. in conſilio 291. numero 36. volumine tertio. *Baiard.*

K *Et hoc omnes ſciunt.*] Dominus Proſp. Farinacius in ſupradicto Volumine quarto ſuæ praxis, quæſtione octuageſimaprima. *Roſ.*

l *Si qualitas adiecta.*] Adde materiam hanc non magis communem fuit huic practicæ, quam confeſſoribus, vt in libro inſcripto Corona Confeſſorum, & quod qualitas adiecta, uel diminuta delicto, illud alteret, vide ſupra, in §. fornicatio, verſiculo vnum tamen ſcias, & alibi ſæpe: de circumſtantijs autem infra quæſtione octuageſimatertia, verſiculo oſculum inferens in fine.

Item in propoſito, nota quòd cum aliqua pœna venit imponenda ex lege, vel ſtatuto, ſiue vbi agitur de pœna imponenda alicuius ſpecialis conſtitutionis debent concurrere qualitates illius conſtitutionis, ſupra in §. adulterium, verſiculo primo, poſt medium. Aliquando tamen certum eſt delictum, ſed incerta delicti qualitas, quæ hic eſt probanda, ut dixi infra q. 85. verſ. ubi agitur. *Drogh.*

m *Etiam*

ſcilicet reus, [m] (etiam non probata qualitate) condemnetur de principali delicto, de quo eſt conuictus. Et ita communiter ſeruari atteſtatur Bald. in l. 2. numero 2. C. de probat. quem refert Anan. in cap. continentiam, num. 5. de clerico percuſſore, & Blanc. in pract. crim. fol. 50. num. 76. & ſeq. Et in ſpecie in curijs Delph. ita ſeruari atteſtatur Guido Papæ deciſ. 553. ſi quis accuſetur: & ego ita plures vidi ſeruari, quod in querela non ſe aſtringit ad aliquam certam condemnationem, ſed concludit generaliter. Quare petit pro prędictis, & quolibet eorum, &c. Pariter etiam iudices in libello inquiſitionis concludunt, [n] Super quibus omnibus, & ſingulis, &c. [o] Propterea ſuper omnibus deductis in querela ſiue inquiſitione poteſt ſequi condemnatio: & cum (vt dixi) ita de conſuetudine obſeruetur, non eſt ab ipſa conſuetudine in practica recedendum. Videnda ſunt ea, quæ dixi ſupra quæſtio. 12. verſ. Vltimo quæro, & quęſt. 31. verſic. ſuper quibus, & infra quæſt. 90. verſ. in hac autem.

5 *[p] Debet etiam ſcire in hoc propoſito, quod quandoq; poteſt dici plena probatio delicti quò ad vnum, quæ nõ erit plena, neque ſufficiens quò ad aliud. Nam licet regulariter duo teſtes plenè probent delictum cõtra accuſatum, ſiue inquiſitum: tamen ſi ille accuſatus, vel inquiſitus ſit Epiſcopus Cardinalis, non poteſt condemnari, niſi per 72. teſtes: Si ſit presbyter Cardinalis, niſi per 44. Si ſit Diaconus Cardinalis, niſi per 28. vt eſt text. 2. quæſtio. 5. ca. præſul. Sed certe quidquid ſit de iure, iſte numerus teſtium hodie de conſuetudine non ſeruatur, quando Papa procedit contra Cardinales. Ita atteſtatur Card. Alex. in d. cap. pręſul. col. 1. verſic. vbi tamen, prout illum refert Foller. pract. crimin. canon. fol. 256. num. 5. licet Card. in lib. meo nihil dicat de obſeruantia, niſi quod Papa non tenetur illum numerum obſeruare, Dec. in cap. at ſi clerici in princip. numero 1. de iudic. quem refert Berous in eod. cap. at ſi clerici, poſt numerũ 8. [q] & ita in facto noſtris temporibus vidi, & legi fuiſſe obſeruatum.*

6 *[r] Sed quæro, quid in ſummo Pontifice, nunquid ſufficiant duo teſtes ad eum condemandum, an autem maior numerus requiratur. Reſpon. quod [r] duo teſtes ſufficiunt. Ita dicit gloſ. in d. cap. præſul, in gloſſ. 1. quem dicit eſſe ab omnibus Doctoribus communiter approbatam Viuius in lib. communium opin. verſ. teſtes duo, cum enim (vt ait glo. ibi) ipſe, ſine comparatione aliorum effectus ſit maior, merito ſine ſpe ueniæ condemnandus eſt neſcio tamen, an hoc ita paſſim obſeruaretur in practica.*

m *Etiam non probata qualitate.*] Qualitas ergo non probata non impedit ſententiam quo ad probatum, infra q. 85. verſicul. vbi agitur, & immo ex officio talis informationes circa qualitates ſemper ſumi poſſunt, quæ tamen debent etiam in actis redegi, ut ſic tenuit Alciatus tractatu de præſumption. regula tertia, præſumptione ſecunda, num. 11. *Drog.*

n *Super quibus omnibus, & ſingulis.*) Adde Laſon. in §. omnium, numero 149. cum ſequentib. *Drogh.*

o *Propterea ſuper omnibus.*] Adde, quod idem tenet Gomeſ. de delictis, capitulo undecimo, numero 7.

25 Item adde, † quod ſi factum, uel delictum proponitur ſimpliciter in accuſatione, querela, uel inquiſitione ſine qualitate aliqua, quæ delictum aggrauat, quod pendente iudicio, & proceſſu poterit
26 † addi, & commutari, ut pœna aggraueretur in ſententia: eſt communis opinio, ut per Gomeſium dicto capitulo, numero octauo, ſed nõn poſt ſententiam, Gomeſius de delictis, capitulo primo, num. 28. Aduerte tamen, quod
27 † accuſatio ſine qualitate non ſuppletur, addendo eam poſt tẽpus, quod à ſtatuto eſt præſcriptum accuſationi; quia hoc modo eſſet aliud factum, licet non nouum delictum ſecundum Bald. in l. undecima, in fine. C. quibus res iudic. quem refert, & ſequitur Felin. in capitulo examinata numero undecimo circ. finem de iudic.

28 Item adde, quod † ſi qualitas, quæ aggrauat delictum, non fuerit appoſita in querela, ſiue inquiſitione, nec poſtea pendente iudicio, & proceſſu ſit accumulata; ſi tamen reperiatur probata poterit iudex condemnare in pœna ordinaria, ac ſi qualitas ipſa eſſet appoſita cum ipſo facto, & delicto. Gomeſ. in dicto capitulo undecimo, numero decimooctauo, ubi atteſtatur de communi, & ibi etiam dicit, quod in crimi-
29 nalibus non requiritur, quod ſententia ſit conformis libello, dummodo probatum ſit delictum. *Baiard.*

p *Debet etiam ſcire.*] quid contra Cardinales, ac maior teſtium numerus requiratur. Farinacius quæſtione ſeſſageſimatertia, capitulo quinto, uolumine ſecundo, num. 241. & ſequent. uſque 246. & quid ſi plures requirãtur in aliquibus caſibus, uide ibi numero 246. uſque ad fin. *Roſſ.*

q *Et ita in facto.*] Intellige de Cardinali Caraffa iuſſu Pij Quarti, alias necato, & adde, quod quia fauente Deo ceſſauit cauſa tot teſtium examinandorum contra Cardinales, & Papam, ceſſauit etiam talis numerus, ut per Abbatem in capitulo per tuas in fine, ext. de maiorit. & obed. Crottus in dicto tractat. de teſtib. ſub numero ducenteſimo uigeſimoquinto. *Drogh.*

r *Sed quæro.*] Farinacius dicto capitulo quinto, num. 236. & ſequ. ubi num. 235. quid in epiſcopo *Roſ.*

Sed quæro.) Adde,
30 quod licet † Berous in c. at ſi clerici numero octauo, & ſequent. de iud. dicat iſtam opin. eſſe magis communem, tenet tamen contrarium: ſed Viuius opin. 915. numer. 1 eum reprehendit dicens, quòd malè ſentit. *Baiard.*

(*Teſtes duo.*) Adde Pan. capitul. ſi cleric. in 1. not. de iudic. in capitulo licet uniuerſis teſt. & in c. per tuas de maiorit. & obed. *Guiot.*

QVÆST. LXVII.

Quot ſunt genera pęnarum.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Pœnarum genera quot ſint.*
Capitalis pœna, quæ dicatur ibid.
2 *Amputatio memori, vel fuſtigatio an dicatur pęna capitalis.*
3 *Pœnarum corporalium ſpecies.*
4 *Damnatio ad beſtias.*
5 *Præcipitatio.*
6 *Interdictio ignis, & aquæ.*
7 *Damnatio in metallum.*
8 *Deportatio.*
9 *Relegatio.*

Ex Additionibus.

1 *Pœnarum genera quot ſint.*
Pęna impoſita in ære, & in perſona non eſt capitalis.
2 *Pęna in dubio intelligitur de corporali.*
3 *Pœnæ plures an imponi poſſint pro vno delicto.*
4 *Pęna corporalis dicitur, licet ſtatutum loco pęna corporalis ſubroget pecuniariam.*

5 Deli-